



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De Ordine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

Matrimonium non violandum.

Neque matrimonium, neque spem matrimonij violare permittitur. l. propter violantem iuncta glo. C. ad leg. Iul. de adult.

Matrimonium non licet sub falsis querelis deformare. l. quamuis. C. eod. tit.

Coniux non feret alterius penam.

Ob maritorum culpam uxores iniquas leges vetant. l. 2. C. ne vxor pro marito &c.

Coniuges quamuis sortem aequanimiter ferre debent.

Humanum est fortuitis casibus mutari matrimonium, vel uxorem viri participem esse. r. i. c. in l. si cum dotem. § si maritus. ff. solut. ma.

DE SACRAMENTUM ORDINIS.

Ordinem graduum Ecclesiasticorum quod hodie in Ecclesia Catholica durat, sed a hereticis respuitur, non esse recens institutum, verum antiquissimum, ea docent, quae sequuntur.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. PRESBYTERORUM. C. de Episc. & cleric. &c.

Ordo Ecclesiasticus cuiusquam requirat in ordinando aetatem.

Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus: sed neque diaconum vel subdiaconum minorem viginti annis, neque Lectorem minorem annis octo & octo: Item Episcopum minorem quinque annis ordinari prohibemus.

IDEM IN AVTH. DIACONISSAM. C. eod. tit.

Sic etiam decretum erat ante in Concilio Chalcedonensi. c. 15.

Item neque Diaconissam in sancta Ecclesia ordinari praecipimus, quae minor sit annis quadraginta.

VALE

VALENTIN. THEODOS. ET ARCAD.

Diacoꝝ istam quinquagenariam esse voluerunt, in
C. de E. i. f. & cler. &c. sed hoc quidem ante tem-
pora Iustiniani, à quo numerus ille ad qua-
draginta restrictus est.

Nulla nisi emensis quinquaginta annis, se-
cundum præceptum Apostoli ad diaconif-
icatum consortium transferatur.

Paulus quidẽ
habet 60. qui
tñ numer⁹ in
cõcilio Chal-
cedon. muta-
tus est in qu-
quagenariũ.

VALENTIN. VALENS, ET GRA-
TIAN. Imp. in l. presbyteros. C. de tit.

Presbyteros, diaconos, subdiaconos, exorci-
stas, lectores, Ostiarios & acolythos etiam
personalium munerum expertes esse præcipi-
mus.

Ordinum nu-
merus.

*Ece hic enumerant Imperatores ordines illos à
presbyterio vsq. ad primum & infimum ordinem.*

ARCADIUS ET HONORIUS A. A.
in l. in Ecclesiis. C. eod. tit.

In Ecclesiis, quę in possessionibus (vt fieri ad-
solet) diuersorum, vicis etiam, vel quibusli-
bet locis sint constitutę, clerici non ex alia pos-
sessione vel vico, sed ex eo, vbi Ecclesiam esse
constiterit, ordinentur.

Clerici quili-
bet in sua or-
dinentur q̄s-
cesi.

IMP. IUSTINIAN. IN L. XLI. (IN
quibusdam Cod. 43. & alias in lib. prætermisfor.
eod. classe 1. habetur) de episc. & cler. &c.

Sancimus, ne quis Episcopus, aut visitator,
sive circuitor, aut presbyter, aut alius cuius-
conque dignitatis clericus per largitionem or-
dinetur. Si verò quis inuentus fuerit occasio-
ne prædictarum ordinationum aliquid dedif-
isse, vel accepisse: sive Episcopus sit, sive clericus,
& eum

Ordinatio nõ
debet largi-
tione procu-
rari.
Anathema
danti, anathe-
ma accipiẽti,
S. Grego. ait,
ad Ioan. Ep.

Constantino,
l. q. 1. c. qui-
cunque.

& eum qui præbuit, & eum qui accepit, eum
sacerdotium & clerum fieri iubemus, ut qui
hac Domini Dei subiaceant condemnationi.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. QVOM
oport. Episc. &c. §. si quis autem. Coll. 1.

Nemo sine
examine or-
dinandus.

Qui sine probatione imponit ordinatio-
& ipse quidem cadet de sede sacer-
tali, reus autem erit Deo, qui præcipue omni-
quarrit suorum sacerdotum puritatem, & qui
autem examinatione facta probetur calu-
niator, segregetur in perpetuum à sacra com-
munionem, ne falsitas impunita sit. Sicut enim
bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, qua-
rimus: ita etiam calumniam in eo, qui
accusavit, punimus.

IDEM IVST. IN AVTH. DE ORDI-
nat. Episc. & cler. §. illud quoque coll. 1. o.

Hæc Cōstā.
alias est nu-
merus. 137.
quā Anton.
Contius ex
Græco trās-
tulit.

Illud quibusdam peccati occasio fuit,
absque examinatione & recta fidei ac-
nestatis vitæ testimonio ordinantur Episcopi,
presbyteri, diaconi, & ceteri clerici. Nam
orandum pro populo destinati, indigni
no ministerio inveniatur, quomodo pro
gressibus, & delictis populi Deum
tiare poterunt? Planè ordinationes factæ
tum cum omni diligentia & rigore fieri
tere, docet nos, & qui inter sanctos ceteros
Gregorius Theologus, secutus sanctos
stolos, & diuinos canones. Sic enim in
Apologetico: Quis autem, inquit, secutus
Pauli canones & definitiones se ipsum
gens, quas de Episcopis & presbyteris con-

Ordinationes
sacerdotum
diligenter &
cum rigore
fieri debere.

ut, ut sicci, siue sobrij sint, modesti, non vino-
 sati, non percussores, ad docendum idonei, ir-
 reprehensibiles in omnibus, non conuersan-
 tes malis: non multum aberrare se inueniet ab
 illa Canonum rectitudine? Idemq; rursus lo-
 quitur in hæc verba. Mundari, inquit, oportet
 primum, ac deinde mundare: sapere, ac deinde
 sapientiam docere: lucem fieri, ac postea il-
 luminare: propinquare Deo, ac postea alios
 adducere: sanctificari, tum sanctificare: man-
 ucare cum manibus, consultare cum consi-
 lio. Et rursus idem sanctis connumeratus Gre-
 gorius, de iisdem in eadem oratione istud scri-
 bit: Quis inquit figuli vno ipso die scilicet sua
 rotantis, ita repente fingat veri cultus Anti-
 stitem, cum Angelis stantem, cum Archange-
 lis laudes canentem, & Christo consacrifican-
 tem? Et per hæc quidem indicat ille Theolo-
 gus, quales nam oporteat ad sacerdotium pro-
 moueri. De his autem, qui ordinantur indi-
 cat idem hæc dicit in eadem oratione. Qui cum
 nihil, inquit, ad sacrum Dei altare, & sacerdo-
 tium attulerit, nec in virtute & pulchro prius
 insudauerit & elaborarint, simul discipuli &
 preceptores pietatis ostenduntur, & priusquam
 purgati sint, purgant. Heri sacrilegi, hodie sa-
 cerdotes, heri extra sacra, hodie præfules my-
 steriorum, veteratores malitia, nouitij pietate:
 qui sunt opus atque fabrica humanæ gratiæ,
 non Spiritus sancti.

Episcopi &
 presbyteri
 qualis esse
 debeant.

Ordinatione
 indigni qui
 sint.

DE SAN.